

AÑO 65

LUNES 2 DE DICIEMBRE DE 1918

NÚM. 12



BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,
a la Dirección del BOLETÍN ECLESIÁSTICO, calle de la Rua, 59.

SECRETARIA DE CAMARA

CIRCULAR

Nuestro Excmo. Sr. Obispo otorgará, Dios mediante, la Bendición Papal el domingo, 8 del actual, festividad de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen, después de la misa solemne de Pontifical que celebrará S. E. I. en nuestra Basílica Catedral.

Los señores Párrocos excitarán a sus feligreses a recibir la solemne bendición que anunciamos, y les enterarán de las condiciones precisas para ganar la indulgencia plenaria que la acompaña, indicándoles, finalmente, qué rueguen por las necesidades de la Iglesia, del Romano Pontífice y nuestra Patria.

Salamanca, 1 de Diciembre de 1918.

DR. AGUSTÍN PARRADO.

Secretario.

HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES

A fin de asegurar el cumplimiento de las obligaciones que se han impuesto los asociados, recordamos a éstos que tienen obligación de aplicar una misa y rezar tres responsos por cada hermano que fallezca.

Los que ingresen en la Hermandad, después de varios años de sacerdocio, aplicarán tres misas y rezarán nueve responsos, por cada año que haya transcurrido desde su ordenación sacerdotal. Estas disposiciones, aprobadas por el Rmo. Prelado, obligan en conciencia a todos los socios; y si al fallecimiento de alguno constase que no había levantado las mencionadas cargas, será privado de los correspondientes sufragios, por lo cual, para evitar dudas que pudieran suscitarse, rogamos con el mayor encarecimiento a los Rvdos. Arciprestes que cuando comuniquen a las oficinas del Obispado el fallecimiento de algún sacerdote asociado manifiesten si consta con certeza que había cumplido las obligaciones de socio de esta Hermandad.

INAUGURACION DEL CURSO EN EL SEMINARIO PONTIFICO

Con la solemnidad de años anteriores, el dia 10 del mes próximo pasado tuvo lugar en el Seminario Pontificio la apertura del nuevo curso académico de 1918 a 1919, habiendo presidido el acto nuestro Excelentísimo señor Obispo.

Celebrada la Misa del Espíritu Santo, el M. l. señor Penitenciario y Prefecto de Estudios, leyó un notabilísimo discurso inaugural, con el que honramos las páginas de este BOLETIN.

Inmediatamente todos los señores Profesores hicieron la profesión de fe en manos del Rmo. Prelado.

ORATIO

QUO DIE SCHOLAE SOLLEMNI RITU PATUERE
AD ANNUM SCHOLASTICUM 1918-1919
PENES PONTIFICIAM SALMANTINORUM UNIVERSITATEM

A

JOANNE CAJAL DE LA PAZ

Canonico poenitenciario
et in eadem Universitate regundis Studiis praefecto atque ad docendam
Moralem Theologiam Magistro deputato

HABITA

Admodum difficile, Praesul amplissime, iis iniungitur obire munus, quorum curae in sortem Domini vocatos ad tantum ministerium, et virtutis et doctrinae ornatu quam maxime instituere commissum est ac demandatum. Ephebus enim intra sacra moenia detrusus, tenellam primum aetatem, florentem deinde adulescentiam heic in umbratili politiorum litterarum divinarumque mox disciplinarum palaestra aetatem agit, suosque mores ita componit, ut ex iis qui audiunt, mature ac tempestive, in magistrum vel animorum ducem suffectus, ita sedulam navet operam ut, quod a maioribus acceperat, minoribus cum foenore reddat. Quo fit ut vir iam aetate constans ab hoc sacro sodalitio animo nunquam remotus, ea erga Seminarium se gerat fide, constantia, pietate, quae liberorum est in amantissimam parentem.

Magnum equidem opus adulescentum fingere mores, sed tamem omnium maximum sacerdotum vitam effingere!

Fuit quondam aetas felicissimis exorientis Ecclesiae temporibus, qua illius administri, quum ex omnibus a Deo deligerentur ad munus pascendi, tum maxime eam sacris mysteriis reserandis, muniisque peragendis congruam acciperent scientiam. Cui etiam tanquam pedissequa ancillabatur miraculorum virtus, ut mentes quae apostolorum doctrina haud revinci, portentorum vi frangi et edomari pervicaciores viderentur.

At vero Ecclesia iam satis constituta, uti donum miraculorum impertiri infrequentius, ita quoque sapientiae infusae superni fontes lentius fluere et ferme exarescere cooperunt, ut, quae antea nulla cura, nullo molimine satis abunde et affluenter divinitus immitteretur, studio, labore, vigiliis, eam deinceps doctrinam opus sit ita comparari, ut si, quae est necessaria candidatis desit, omnis aditus ad altiorem gradum iisdem sit penitus interdictus.

Neque vero mea interest definire, quanta debat esse quaesitae scientiae supplex, apparatus instructio. Sunt enim Academiae pontifica, tuaque, Antistes clarissime, auctoritate, sapientiae plenae conditae leges de ratione Studiorum habenda.

Quaenam igitur orationis meae futura materia? quibus de rebus dicens, hanc ornatissimorum virorum, atque hanc honestissimorum adulescentum coronam, quam ex ore meo pendentem video, demulcere et delinire conabor? Laudabo litteras, vosque, adulescentes optimi, ad eas toto pectore amandas atque colendas exhortari atque instigare satagam?

Quaecumque sane mea sit de litteris oratio, illi profecto impar, quam habuisset luculentissimam ad hoc curriculum solemniter instaurandum, lectissimus ille magister, de sacris bonisque litteris optime meritus, Iosephus de la Mano, quem omnes modo quam maxime desideramus.

Pax illi et vita beata ceterisque carissimis sodalibus qui novissima lue in Domino mortui sunt!

Ne hodie ad tritum scholarum morem, consueta decesset oratio, attente, ut me audiatis, dum ex monumentis graecis et latinis hoc explicò argumentum. *Multa danda est litteris opera*, a me orandos quidem vos esse puto. Frustra, id postulem; nisi attentionem mihi res ipsa, de qua dicere ingredior, conciliaverit.

* * *

Magna omnino vis, Praesul amplissime, magnumque momentum positum est in litteris, ad conservandas, bonisque cumulandas omnibus socie-

tates, sive eas appelles civiles, sive religiosas, nunc iuridicas, nunc amicales, modo rempublicam putes, Ecclesiam modo. Nam quum felicitas publica, ad quam humana omnia referenda sunt, et singulorum hominum felicitate constet; singulorum autem felicitas in excolenda, exercendaque virtute praecipue sita sit, et ad perfectam virtutem habendam, necesariam quamdam praecursionem adhibeant litterae, illud profecto consequitur, ut nisi in qua litterarum cultura vigeat, florere cumulate societas nulla possit. Praeponite vobis omnes aetatis humanae partes, omnem publicorum temporum varietatem, omnes instituendae vitae rationes; et vias animo et cogitatione percurrite; nullam omnino reperietis, quae non ita litterarum auxilio indigeat, ut, eas si quis sustulerit, solem ipsum de mundo sustulisse videatur. Eae nos, ubi primum firmius incedere, atque articulatius loqui coepimus, de ipso prope nutricum acceptos sinu, titillatione quadam honestissimae voluptatis alliciunt, allectos praecepsis saluberrimis complent; non tantum bene dicendi, verum etiam bene vivendi commonstrant vias, excitant in animis nostris igniculos gloriae; quantus sit in virtute splendor, quanta in vitiis deformitas, edocent; quae qui semel bene penitus inbiberit, ii nunquam non postea et vitii turpitudinem omni studio refugient; et of-

ficii honestatisque rationem rebus aliis omnino anteponent.

Ut autem in semente posita spes messis est, ita totius reliquae vitae exspectatio, ab educatione puerorum pendet; ubi vero infirmam illam ineuntis aetatis teneritatem robur adulescentiae excēpit, quae tandem alia res, aut animum nobilium rerum studio accendere, aut efferentibus sese cupiditatibus, quibus ea pars insigniter agitari solet, frenos iniicere, praeter litterarum tractationem, potest?

Themistoclem olim, quum somnum capere adulescens non posset, dicere solitum tradunt, se Miltiadis trophyo, quiescere volentem excitari: quanto eo acrius incendi, atque inflammare necesse est, qui quotidie non unius, sed multorum hominum virtute praestantium trophya, non ex marmore constituta ad labentis praedicationem temporis, sed ad omnem aeternitatem commendata litteris intuentur?

Neque vero pertimescendum est, ne aut labore frangantur, aut voluptatis irretiantur illecebris ieiuniis, qui aetatis suae florem, litterarum studiis dicandum esse statuerunt. Tanta siquidem est oblectatio paulatim capienda cognitione rerum sese pascentis animi, ut ea qui fruuntur, ab iis neque laboris taedium, neque avocantium voluptatum

blanditiae persentiantur. Itaque sapienter poetae, quum ceteros omnes deos Veneris imperio subdissent, in Minervam modo et in litterarum praesides Musas, nihil ei, nihil Cupidini iuris esse voluerunt. Quin etiam illud ab iisdem memoriae proditum est, Iasonem olim, ceterosque Argonautas, quum eam insulam, quae a lusciniarum florumque copia nomen invenerat, praeternavigarent: atque verendum esset, ne molli ac delicato Sirenum cantu, quae eam insulam incolebant, ad exitium perducerentur: unum in Orpheo perfugium habuisse: qui quum assedisset in puppi, simulque fides blandis impellere digitis, vocemque illam canoram, quae rupes nemoraque traxerat, explicare coepisset; tanta simul aures animosque audientium voluptate complevit, ut iam Sirenum vocibus nemo navigantium cieretur. Quo figmento, quid tandem aliud carissimi adulescentes, nisi id, quod intendimus, indicarunt? Florida videlicet illa insula, adulescentia est. Eam qui quasi praetervehuntur, magno in periculo sunt, ne Sirenum, seu voluptatum blanditiis illusi, et a recto itinere abducti, in vada et scopulos deferantur. Quaenam igitur huic tanto periculo medela? Quae, nisi Orphei, optimi ac sapientissimi vatis, lyra? Cuius suavitatem qui experiuntur, ii et Archeloidum cantus spernunt, et tandem institutum illud iter emensi, vellus aureum,

seu virtutem palmamque victoriae nanciscuntur.

Quanto autem voluptas ea quae discendo sentitur, ceteris omnibus maior sincerorque sit; vel illud indicio est, quod aliarum, etiam qui eis plurimum tribuunt, satietatem tamen quamdam esse, ac taedium confitentur; huius ut quisque percepit plurimum, ita eam arctius, atque avidius concupiscit. Quod, si cui forte dubium, prodeat Chrysippus, qui saepe litteris intentus, tanta voluptate fruebatur, ut eum, tanquam ad superos avocatum, cibi potusque caperet oblivio. Prodeat solertissimus ille coelestium orbium non perscrutator tantum, sed etiam imitator, syracusanus Archimedes, qui non modo earum rerum, quas natura fert, prae ea, quam capiebat e litteris, oblectatione memor non erat; sed in illa ipsa syracusanae urbis direptione, ita vehementius studio incumbebat, ut prius hostilis gladii cuspidem corpore exeperit, quam urbem in hostium potestatem venisse sentiret. O rem omnibus hominum aetatibus miram! Iam iam diripiebatur urbs id temporis omnium opulentissima; effussi per vias perque plateas milites, ut in quemque inciderant, sine ullo sexus, aetatis, ordinis discriminne obvios contrucidabant; undique gladiorum fulgor praestringebat oculos; undique armorum sonitus; undique cadentium tectorum fragor; puerorum eiulatibus, mulierum la-

crimis, morientium gemitibus, militum clamoribus privata et publica omnia circumsonabant; ipsa urbs pene dimota et convulsa sedibus suis, suorum civium in caede ac sanguine natabat, quum unius hominis mens in media civitate, civitatis ipsius casum ac ruinam haud persentiebat.

Solonem vero accepimus, quum in lectulo, iam iam moriturus, decumberet, inaudissetque assidentes amicos, de re quapiam, summisse, ne ipsi molestiam parerent, disputantes, erecto, ut potuit, capite, rogasse eos, ut aliquanto loquerentur elatius; sibi, si etiam moriens aliquid discerè potuisset, discessum e vita iucundiores fore. O discendi cupiditas, quid non efficis, ubi semel generosa ingenia occupasti? Quid hunc verisimile est firmum ac valentem fecisse, qui ne mori quidem, nisi discendo, voluerit? Merito igitur tam diu floruit Atheniensium respublica, quandiu tam praeclari viri tenuit disciplinam!

Sed, ut eo redeamus, unde nos facta praeclarissimorum hominum mentio paulisper abduxit, dici profecto non potest, adulescentes lectissimi (vos enim, vos mea iam compellabit oratio) dici, inquam, non potest ea litterarum studia, in quae nunc solerter incumbitis, quanto olim vobis, et ornamento, et auxilio futura sint, quum vos, et generis vestri institutio, et vestra virtus ad Christi

gregem pascendum in curiis admoverit. Etenim quibus artibus civitates praecipue reguntur et conservantur, pietate, iustitia, fortitudine, impunitusque prudentia, earum sunt omnium artium quasi semina litterarum prodita monumentis. Neque vero haec a me ita disputantur, ut contendam, nisi litteris eruditum, civem patriae, fidelem Ecclesiae utilem esse neminem posse; sed hoc dico: nisi litteris exculti sunt ii, qui velut in curiae puppi sedentes clavum tenent, multis eos muneris sui iisque praecipuis partibus necessario defuturos. Nam quomodo sacerdos eos, quibus regundis in curia praeest, quae sunt ad vitam beatam verbo et scriptis rite docere; iisdem iura describere; quantum cuique tribuendum sit, intelligere; suorum inter se dissidia componere; verba sive in domo Dei, sive in Academiis publice facere, legationes cum laude gerere; praeterita tenere, futura prospicere; quid in omnibus rebus factu optimum sit, videre; et ex aliis alia colligere poterit, nisi qui haec sibi de litterarum fontibus haurienda omnia existimat? Quomodo sacerdosrem publicam capessentibus honore dignus, excultis et emollitis viris, in iis quae sunt ad humanitatem, non impar, divini Nominis hostibus non spernendus, nisi qui litterarum praesidio sit munitus?

Nisi vero eorum recipienda sententia est, qui

fieri putant posse, ut, qui curiae praeest, quamvis litterarum sit expers, tamen ad eas res, quas modo memoravimus, aliena opera non incommode utatur? Nonne T. Manlium Torquatum, memoriae proditum est, quum consul declaratus fuisset, excussasse valetudinem oculorum, et summum imperium detractasse; quod indignum putaret, ei capita ac fortunas ceterorum committi, qui alienis oculis omnia gerere cogeretur? qui autem alieno ingenio, alienaque lingua ad omnia uti necesse habebunt, ii satis ad regundos ceteros idonei videbuntur? At oculorum quidem lumine carentes, nihil prohibet acie ingenii etiam futura cernere optimeque consulere; cuius vero doctrinarum luce careat animus, quid is tandem gerere, quid suscipere, quid cogitare praeclarum potest?

Multa consulto praetereo, quod mihi, non tam ut copiam, et varietatem consecter, laborandum est, quam ut effugiam satietatem. Quis enim unquam tanta ubertate ingenii, tanta dicendi copia praeditus reperitur, qui litteras ita laudare possit, ut non semper, quum plurima dixerit, plura tamen omisisse videatur? Omnia sane quae homines in vita expetunt, cuiuscunque tandem generis illa sint, nulla re certius aut facilius, quam eruditione ac litteris, acquiri, conservari, perfici queunt. Est qui rei familiaris angustia pressus, ex ea expediri

se et ad moderatas opes sine ulla honestatis labe
pervenire cupiat? Quam multos ex tenui et exili
patrimonio, aut iuris scientia, aut litterarum cul-
tura, aut sermonum varietete, aut facundia fretos,
ut eas potissimum nominemus, paucis annis ad eas
corias, quae statum deceant, pervenire vidistis?
Nam quod plerique vulgato iam proverbio dicti-
tant, ex omni disciplinarum numero, non nisi iuris
scientiam ac medendi artem, frugiferas esse ac
fructuosas, ceteras cultoribus suis decoquere ac
decollare; in eo vanitatis illos ac mendacii facile
res ipsa coarguit. Nota est historia de Thalete Mi-
lesio, qui cum a propinquis obiurgaretur, quod
omne tempus in sapientiae studio insumeret, quod
ad habendas opes, in quibus illi posita putabant
omnia, nulli usui esset: Vultis, inquit, ostendam
vobis, posse virum litteris deditum, si ei commo-
dum sit, divitem fieri, hancque esse, si quis velit, ad
quaestum vel maxime stratam tutamque viam?
Cum illi se velle dixissent, homo, qui ex astrorum
scientia, magnam eo anno olearum ubertatem
praevideret fore, multo ante, exiguo praetio, cum
contra licitaretur nemo, omnia Chiorum ac Mile-
siorum praela ac trapeta conduxit; quae cum pos-
tea suo tempore, quanti voluit, elocasset, mag-
namque ex eo vim pecuniae collegisset, ostendit
philosophos non tam rem facere non posse, quam,

maioribus ac praestantioribus curis occupatos, de ea facienda non laborare. Quid Leontius Gorgias? Non ne rethorices professione et maximas sibi copias peperit et tantam gloriam, ut ei viventi ac videnti, honoris ergo, aurea statua in Apollinis Pythii delubro constituta sit? Neque medicus erat optimus saevissimi principis magister Seneca, neque de iure consulebatur. Attamen quantam sibi opum vim homo externus et alienigena, eloquentia et eruditione confecit? Neque me refugit, quod dicam, quibusdam incredibile visum iri. Sed tamen, si vera sunt, quae litteris prodita, haud scio an nullus hodie in tota Hispania princeps tantas opes habeat, quantas in Senecam quadriennio Nero congesit. Nam cum ex veteribus illis Romanis M. Crassus opulentissimus fuisse dicatur; Senecae opes, Crassi opibus longe fuerunt maiores.

Prope est ut pigeat, in iis tamdiu immoratum esse: sed tamen dicendum fuit aliquid adversus stultitiam eorum, qui aiunt, si quis iuris scientiam, vel artem medendi excipiat, ceterarum artium nostrarum sterilem esse culturam. Qui error ex eo potissimum natus est, quod doctrinae mediocritas magnos efferre fructus non potest. Itaque excellendum est iis, qui magna et praeclara concupiverunt.

At nos simul atque paulum ultra prima ele-

menta progressi sumus, falsa de nobis opinione tumefacti, quia non continuo opes, honores et dignitates in nos congeruntur, iacere litteras clamitamus. Non iacent litterae, non iacent, neque iacuerunt unquam.

Sed ut unde digressus sum redeam, atque id quod institui, absolvam: et ad facultates et copias sine dedecore parandas accommodatae sunt litterae, et multo magis colendae iis, qui opibus non abundant: ne, si id facere neglexerint, instrumenta sibi a Deo ad virtutem, ad bene beateque vivendum data, per inertiam sopita esse dicantur. Atqui sane simile ius est et eorum quibus clari, et eorum quibus obscuri parentes obtigerunt. Nam neque illi ullo maiore aut illustriori ornamento condecorare et coronare possunt nobilitatem a mojoribus acceptam; neque hi e tenebris ulla ratione facilis emergere, seque in luce, atque palam omnibus collocatos, a contemptu in perpetuum vindicare.

Rex erat ac regis filius Alexander Macedo, qui viam sibi ad summam claritatem ac potentiam armis quotidie muniebat. At is, et plus se debere Aristoteli, a quo in litteris eruditus, quam Philippo, a quo genitus fuerat, praedicabat: et cum ab illo divulgatos esse libros quosdam arduis de rebus scriptos, accepisset aegre tulit, ac tanquam si ex-

candesceret: Qua re, inquit, posthac ceteris praestabimus, si quae a te edocti sumus, ea omnium communia erunt? Ego autem malim optimarum rerum scientia, quam opibus et potentia ceteris anteire. Haec igitur ille regum stirpe ac sanguine editus. Obscurissimo autem genere ortos quam multos nominare possumus, quos supra omnes omnium fumosas imagines litterae collocarunt? Obstetricis filius erat Socrates. Num igitur eo Alcibiades nobilior? Euripidis matrem vendendis oleribus vitam tolerasse accepimus. At ipse et regibus familiariter usus, et ita clarus est, ut hodie magis Archelaus ex Euripidis, quam Euripides ex Archelai amicitia noscatur. Quid tibicinis filius Pindarus? quanta in gratia apud Syracusarum regem Hieronem fuit? Sed qui huius rei plura exempla conquiram? Signantur eruditorum hominum nominibus tempora: ut minus saepe, quibus illi regnantibus vixerint, quam qui, eis florentibus, regnaverint, quaerere soleamus.

Neque tamen haec praecipua sunt eorum bonorum, quae percipiuntur ex litteris; sunt alia longe maiora, longeque diviniora. Litterae inditos nobis a natura honestatis igniculos excitant, luxuriantes, quasique fruticantes cupiditates, strungunt ac coercent, easque mentis finibus regunt; abducunt a vitiis, duces ac magistrae sunt ad vir-

tutem; prósperis rebus ornamento sunt, solatio adversis, neque illis exultare atque efferri suos, neque his frangi ac deprimi sinunt; eam denique pacem animo afferunt, quam multi finem bonorum esse dixerunt. Crates quidem Thebanus interrogatus, quid sibi superesset ex philosophiae studio, notissimo versu respondisse dicitur: Choenix lupinum, et mentis a curis quies. O magnum et excelsa animo praeditum virum! Quod aliis regna et imperia non adferunt, ut soluto ac libero animo sint, id ipsi, propter litterarum et philosophiae commercium, choenix lupinorum adferebat.

Quod si tam multa, tamque praeclara bona litteris ac disciplinis continentur, si ipsis nominibus ac vocabulis testata est vetustas, earum cognitionem quum omnibus, tum maxime liberis atque ingenuis hominibus dignissimam esse, si et ignava vita homini sapienti indigna, et nullo in studio melius, quam in litteris, industria collocari potest, si ad opes et potentiam, si ad honores ac dignitates via optime litteris sternitur, si iisdem et animi pax, et nominis aeternitas, comparatur; quid statis, adulescentes carissimi, aut cur oblatam vobis tanti boni possidendi occasionem effugere atque evolare patimini? Cur non, aliis curis et cogitationibus ex animo abdicatis, in hanc unam toto pectore incumbitis? Non hoc sedendi, aut cunctandi

tempus est. Non enim ex plano gloria haec peti-
tur, neque lata via currere ad Musas datur. Non
frustra eas veteres in arduo atque edito monte ha-
bitare dixerunt. Curas et vigilias in earum atrio
excubare voluit Deus, qui, labore *omnia* prope
bona hominibus venallia proposuit. Ego autem, uti
libere vobiscum agam, valde vereor, ne, cum vo-
bis alia *omnia*, quae sunt ad sacerdotium, abunde
sint, contemptu multi et laboris odio a litteris
avocentur. Itaque quibus verbis Homerica Pallas
Nausicam e somno excitat, quam segnem et ig-
navam vocat, quod vestes magni praetii, sibi
emptas a parentibus, neglectui habeat, easque
illatas ac sordidas iacere patiatur, surgere igitur
eam iubet, ad easque abluendas cum prima luce
proficiisci, praesertim quum instet tempus nuptia-
rum; iisdem merito multos e vobis, aliquis quoti-
die obiurgaverit. Surge quamprimum miser, et ex
animo torporem excute. Quid tu istud ingenium,
quod tibi a communi omnium parente Deo, multo
qualibet veste praetiosius datum est, situ ac sor-
dibus obsolescere quasique rubigine obduci pate-
ris? Cur non potius diluculo ad illos proficisceris
omnibus obvios et expositos doctrinarum fontes,
quibus te mersans, *ex* quibus arbitratu tuo hau-
riens, pectus, et purgatum illecebrarum stimulis,
et multa clarissimarum rerum cognitione et scien-

tia madidum referas? praesertim quum puer amplius non sis, sed ea iam adventet aetas qua tibi e claustro seminarii in lucem hominumque conspectum prodeundum est? Hinc enim demum, multo magis quam unde illa, et tibi paries gloriam et Antistitem tuum gaudio laetitiaque complebis.

Quamvis et temporis me ratio, et vestra singularis sapientia, ut vela contraham, portumque tandem aliquando respiciam, monet, res tamen mihi absoluta non videtur, nisi vos, carissimi adulescentes, ad excolendum quam maxime sermonem latinum alliciam, quo mature ei adsueti aptaque exercitatione roborati, gravioribus aliquando disciplinis pares esse possitis.

Dolendum sane apud excultas gentes haec audire: Iaceat in sordibus latinus sermo, et contra adulescentes in humaniorum litterarum palaestris ad nova excitentur. At haec sapientum indigna institutis facile missa fierent, si obstrepenti circum consensu ingenia vel promptiora defessa in medio cursu non deficerent! Novarum rerum adpetentes, ex sedibus immortalium quasi delapsos, abire sinamus, quibuscum congredi fas est. Quidni prudentiam imitemur illorum, qui sedulam ac continentem navant operam in litteris latinis perdiscendis et evulgandis?

Atqui sermo latinus non est receptus velut

hospes et peregrinus, sed penes omnes emollitas gentes tanquam civis libere spatiatur, uti in sua sede per ora Tiberis et per Urbem sui altricem atque parentem. Ipse enim sermo venerabilis aevo, quasi ad requiem senectutis, frequentare videtur gymnasia, utpote domicilia dignitatis: doctis et eruditis concessibus interesse: terrarum extrema velut cisiis invecta peragrare. Haec lingua orta inter arma et educata, victoriae fructus non percepit modo, sed litterarum omnium et artium opes lectissimas ex Graecia direptas, itemque una complectitur quidquid apud ceteros populos boni praestat. Haec sanctitatem legum, mores et instituta maiorum servat, fidem et iussa regum, consilia et scita magistratum, foedera et pactiones gentium tuetur, ea denique continet illud immortale ac maximum omnium opus, fontem iuris universi quum publici tum privati, quod ratione duce ac magistra, excogitatum edidit in lucem, suaque firmavit sanctione Iustinianus ille Imperator Augustus, vir longe doctissimus. Ad haec quoque religio nostra sanctissima non alio quam romano sermone, leges suas indicit, morum disciplinam ritusque solemnes tradit, iura sacerdotii explicat, Ecclesiae fastos, augusta oracula vulgat. Haec lingua, inquam, per universum terrarum orbem olim discurrens, quae sunt ad humanitatem et cultum

in asperas ferasque gentes invexit. Quae civitas tam remota, quam non commoverit eloquentia Tullii, quam non delectaverit Livii ubertas, quam vatum Latinorum non illexerit numerus? Quid aptius autem ad perpetuitatem nominis comparandam, quam lingua latina, testis virtutis animique romani? Neque quidquam, magis optandum nobis, quam ut huic latinae linguae publice honos decernatur quasi ad immortalitatem, et non ab aliis modo populis, sed in primis a nobis ipsis, penes nostrum seminarium, in quo perpetuum sibi ac florens constituit domicilium. Quemadmodum vero nemo inficietur hanc linguam necessariam adhibere praecursionem doctrinis et disciplinis et ad omnem patere humanitatem, ita huius sermonis adiumentis, perplexum doctrinarum iter adulescentes ingressi, asperitates et anfractus superare, ad sapientiae fontes accedere, abdita quaeque et penitus abstrusa in lucem proferre possunt.

Sed iam longior, quam par erat, fui. Cogitate, obsecro vos, carissimi adulescentes, languidis ac remissis omnia difficultia, navis et industriis omnia pervia ac facilia esse. Deus Optimus Maximus, cui, quaecumque heic acta dictaque sunt, grata et accepta esse cupio, vobis omnibus eum animum inspiret, ut haec, ad quae vos hortatus sum, tam sequi velitis, quam consequi potestis.—DIXI.

SEMINARIO PONTIFICIO DE SALAMANCA

Plan para el estudio de las asignaturas correspondientes al curso académico de 1918 a 1919

AÑOS	ASIGNATURAS	LECCIONES	HORAS	TEXTOS	PROFESORES
LATÍN Y HUMANIDADES					
I	Complemento de primera enseñanza y Geografía.....	Diaria.....	9 a 11	Sánchez Casado (Geografía).	D. Jesús R. Galache
	Analogía latina y traducción.....	Diaria.....	2 1/2 a 4 1/2.....	Raimundo Miguel y «Selecta».....	D. Paulino Hernández.
	Ejercicios prácticos de composición y traducción.....	Jueves.....	9 a 10	«Selecta ex opt. Lat. auc.» (vol. I)....	
II	Sintaxis latina y traducción (prosa).....	Diaria.....	9 a 11	Raimundo Miguel y «Selecta».....	
	Ejercicios prácticos de composición y traducción.....	Jueves.....	9 a 10	«Selecta ex opt. Lat. auc.» (vol. II)....	D. José A. Pascual Ruano.
	Historia de España.....	Diaria.....	3 1/2 a 4 1/2.....	Sánchez Casado.....	
	Lengua griega (primer curso).....	Diario.....	Blas Gómez; Antonio	

III	Prosodia y Arte metrífica latinas y traducción (verso)...	Diaria.....	9 a 11.....	Raimundo Miguel y «Selecta».....	D. Paulino Herrero Conde.
	Ejercicios prácticos de composición y traducción...	Jueves.....	9 a 10.....	«Selecta ex opt. Lat. auc.» (vol. III)	
	Historia Universal...	Diaria..	3 1/2 a 4 1/2	Sánchez Casado.....	
	Lengua griega (segundo curso).....	Diaria.....	2 1/2 a 3 1/2.....	Blas Goñi y Atenza... D. Santiago Prats.	

IV	Perfección de Latín...	Diaria.....	9 a 10.....	«Selecta ex opt. Lat. auc.» (vol. IV)	D. Santiago Prats.
	Retórica castellana y traducción latina...	Diaria.....	3 1/2 a 4 1/2	Marcelo Macías y «Selecta».....	
	Aritmética y Algebra...	Diaria.....	10 a 11.....	Cardín D. Antonio S. Casanueva.	
	Solfio (primer curso)...	Diaria.....	11 1/4 a 12 1/4	Solfio de los solfeos... D. Marcelino Villalba.	

FACULTAD DE FILOSOFÍA

I	Lógica y Ontología...	Diaria.....	3 a 4 1/2.....	Frich (última edición).	Dr. D. Lorenzo Martín.
	Geometría y Trigonometría...	Diaria.....	9 a 10	Cardín	Lic. D. Antonio Casanueva.
	Lengua alemana (1. ^{er} curso).....	Lunes, miércoles y sábados.	10 a 11.	E. Otto.....	Dr. D. José Paniagua.
	Lengua francesa (1. ^{er} curso).....	Martes y viernes...	10 a 11.	E. Otto (4. ^a edición) ... Solfio de los solfeos...	Dr. D. Lorenzo Martín. D. Marcelino Villalba.
	Solfio (2. ^o curso)....	Diaria.....	11 1/4 a 12 1/4.....		

AÑOS	ASIGNATURAS	LECCIONES	HORAS	TEXTOS	PROFESORES
	Cosmología. Psicología y Teodicea. Física y Química. Lengua alemana (2.º curso). Lengua francesa (2.º curso) Canto gregoriano (1.º curso)	Diaria. Diaria. Diaria. Martes y viernes. Lunes, miércoles y sábados. Diaria.	{ 3 a 4 1/2 9 a 10. 10 a 11. 10 a 11. 11 1/4 a 12 1/4	{ Haan (última edición). Boedder (última edic.) Reñíquez, O. S. A. E. Otto. E. Otto 5.ª edición). Sunol (4.ª edición) y el Kyriale.	{ Dr. D. Patrocinio Romero. Dr. D. Ildefonso Polo. Dr. D. José Paniagua. Dr. D. Lorenzo Martín. Dr. D. Honorato Pérez.
II	Ética y Derecho natural. Historia natural. Agricultura. Fisiología e Higiene. Canto gregoriano (2.º curso)	Diaria. Diaria. Lunes, miércoles y sábados. Martes y viernes. Diaria.	{ 9 a 10. 3 1/2 a 4 1/2 10 a 11. 10 a 11. 11 1/4 a 12 1/4	{ Cathrein (última edic.). Fauvin. Requejo y Tortosa. Orestes Cendrero. Sunol (4.ª edición) y el Kyriale.	{ Dr. D. José Paniagua. Dr. D. Ildefonso Polo. Dr. D. Patrocinio Romero. Dr. D. Honorato Pérez.
III					

FACULTAD DE SAGRADA TEÓLOGIA

Teología fundamental.	Diaria.	3 a 4 1/2	Billot Mazzella (Cami. lo), Hetzenauer.	Dr. D. Antonio B. Durán.
Historia eclesiástica (1.º curso).	Lunes, miércoles y sábados.	Martes y viernes.	Marx. P. Naval.	Dr. D. Rómán Bravo, C.º
Arqueología sagrada.	10 a 11.	11 1/4 a 12 1/4	P. Gómez.	Dr. D. Leopoldo J. García.
Lengua hebrea (1.º curso).	Martes y viernes.	10 a 11.	Lunes, miércoles y sábados.	Lecciones orales.
Griego bíblico (1.º curso).	11 1/4 a 12 1/4		9 a 10. Villalba.	Dr. D. D.

	Histórica eclesiástica (2º curso).....	Lunes, miércoles y sábados.....	10 a 11.....	Marx.....	Dr. D. Antonio B. Durán
II	Lengua hebrea (2º curso).....	Lunes, mié coles y sábados.....	11 1/4 a 12 1/4.....	P. Gómez.....	Dr. D. Leopoldo García.
	Griego bíblico (2º curso).....	Martes y viernes.....	9 a 10.....	Lecciones orales.....	Sr. Penitenciarío.
	Teología pastoral.....	Jueves.....	9 a 10.....	Vilaplana.....	Dr. D. Patricio Pereña.

	Teología dogmática.....	Diaría.....	3 a 4 1/2.....	Billot, Mazzella (Camilo), Hetzenauer	Dr. D. Francisco Ramos.
	Introducción general a los libros del Antiguo y Nuevo Testamento.....	Diaría.....	9 a 10.....	Cornely.....	Dr. D. Baldino Santos.
III	Geografía y Arqueología bíblicas.....			M. Belli y lecciones orales.....	
	Theología moral (1º curso).....	Diaría.....	10 a 11.....	Gury Ferreteres.....	Sr. Penitenciarío.
	Theología pastoral.....	Jueves.....	9 a 10.....	Vilaplana.....	Dr. D. Patricio Pereña.

	Teología dogmática.....	Diaría.....	3 a 4 1/2.....	Billot, Mazzella (Camilo), Hetzenauer	Dr. D. Francisco Ramos.
IV	Introducción especial a los libros del Antiguo y Nuevo Testamento.....	Diaría.....	9 a 10.....	Cornely.....	Sr. Lectoral.■
	Theología moral (2º curso).....	Diaría.....	10 a 11.....	Gury Ferreteres.....	Sr. Penitenciarío.
	Theología pastoral.....	Jueves.....	9 a 10.....	Vilaplana.....	Dr. D. Patricio Pereña.

AÑOS	ASIGNATURAS	LECCIONES	HORAS	TEXTOS	PROFESORES
V	Theología dogmática ..	Diaria.....	3 a 4 1/2.....	Bilot, Mazzella (Camillo), Hetzenauer.	Dr. D. Francisco Ramos.
	Exégesis del Antiguo y Nuevo Testamento.	Diaria.....	11 a 12.....	Cornely.....	Dr. D. Fernando Peña, C. o
	Patrología	Martes y viernes...	10 a 11.....	Onrubia.....	Dr. D. Fernández Sánchez.
	Oratoria.....	Lunes, miércoles y sábados.....	10 a 11.....	Monegal y Nogués.....	Sr. Magistral.
	Theología pastoral....	Jueves.....	9 a 10.....	Vilaplana.....	Dr. D. Patricio Pérez.
FACULTAD DE DERECHO CANÓNICO					
I	História del Derecho eclesiástico y libro I del «Codex I. C.».	Diaria.....	3 1/2 a 4 1/2	«Codex Iuris Canonici»	Dr. D. Ildefonso Vicente.
	Derecho público eclesiástico.....	Diaria.....	10 a 11.....	Cappello	
	Derecho administrativo	Lunes, miércoles y sábados.....	9 a 10.....	Cadena y Eleta.....	Dr. D. Gerardo Sánchez.
	Theología pastoral....	Jueves.....	9 a 10.....	Vilaplana.....	Dr. D. Patricio Pérez.
II	Libro II «De Personis» y libro IV «De Processibus» del «Codex I. C.».	Diaria.....	10 a 11 y 3 1/2 a 4 1/2	«Codex Iuris Canonici»	Sr. Doctoral.
	Derecho administrativo	Lunes, miércoles y sábados	9 a 10	Cadena y Eleta	Dr. D. Gerardo Sánchez.
	Theología pastoral....	Jueves.....	9 a 10	Vilaplana	Dr. D. Patricio Pérez.
	Libro III «De Rebus» y libro V «De Delictis et Poenis» del «Codex I. C.».	Diaria.....	10 a 11 y 3 1/2 a 4 1/2	«Codex Iuris Canonici»	Sr. Doctoral.
III	Derecho administrativo	Lunes, miércoles y sábados	9 a 10	Cadena y Eleta	Dr. D. Gerardo Sánchez.

GRADOS ACADÉMICOS EN EL CURSO DE 1917 A 1918

FACULTAD DE S. TEOLOGÍA

De Bachiller

- Don Antonio Calama Hoyos, Coria.
" Miguel Cox O'Reilly, del Colegio de Irlandeses.
" Pedro Córcoran Onff, idem.
" Benjamín Temprano Temprano, Zamora.
" Pedro S. Fernández Molina, Calahorra.
" José M. Moro Briz, Avila.
" Alfonso Martín González, Ciudad-Rodrigo.
" Francisco de Asís González, Salamanca.
" Casimiro García García, idem.
" Tomás Domínguez Flores, idem.
" Alberto Marcos Martín, Segovia.

De Licenciado

- Don Antonio Calama Hoyos, Coria.
" Agustín Bravo Riesco, Salamanca.
" Miguel Cox O'Reilly, del Colegio de Irlandeses.
" Pedro Córcoran Onff, idem.
" Benjamín Temprano Temprano, Zamora.
" Pedro S. Fernández Molina, Calahorra.
" José M. Moro Briz, Avila.
" Alfonso Martín González, Ciudad-Rodrigo.
" Pascual Cornejo Vicente, Salamanca.
" Casimiro García García, idem.
" Tomás Domínguez Flores, idem.
" Alberto Marcos García, Segovia.

De Doctor

- Don Antonio Calama Hoyos, Coria.
" Angel Alonso Manzanera, Ciudad-Rodrigo.

FACULTAD DE DERECHO CANÓNICO

De Bachiller

- Don José Ignacio Santiago Vicente, Salamanca.
" Francisco Santos Santiago, Zamora.

- Don Miguel Sánchez Moronta, Salamanca.
" Guillermo Monzón González, idem.
" Angel L. Ambizu e Izagui, Pamplona.
" Rafael Goñi Satara, idem.
" Pedro S. Fernández Molina, Calahorra.
" José Huertas Sancho, Badajoz.
" Lorenzo Sánchez González, Salamanca.

De Licenciado

- Don José M. Iglesias García, Salamanca.
" Francisco Santos Santiago, Zamora.
" Guillermo Monzón González, Salamanca.
" Félix Cueto Ramos, idem.
" José Huertas Sancho, Badajoz.

De Doctor

- Don Rafael García Tuñón, Madrid.

Alumnos matriculados en el curso de 1918 a 1919

Canonistas.....	13
Teólogos.....	76
Filósofos.....	80
Gramáticos.....	247
<hr/>	
Total.....	416

ORDENES EXTRA TEMPORA

Las confirió nuestro Excmo. Prelado el domingo, 24 de Noviembre, a los señores siguientes:

El Presbiterado

Fr. Manuel García Fernández, Dominico.

El Diaconado

Don Emigdio de la Riva y Gusano, de León.

El Subdiacono do

Don Miguel Pereña Andrés, don Jorge Vicente Barbero, don José María García de Miguel, don Domingo Martín Turrión, don Casimiro García y García y don Angel Iñigo Fiz, diocesanos.

Don Juan Antal, salesiano.

Exorcista y acólito

Don Ildefonso Garcia, salesiano.

Ostiarios y Lectores

Fray Alberto Asiaín, fray Marcelino Montero, fray Francisco Calama, fray Félix Muñiz, fray Florencio Serafín González, fray Pedro Lope y fray Eloy Suárez, dominicos.

Don José Hylaud Dioyer, irlandés.


Tonsura

Don Juan Martín Andrés, don Emilio Sánchez París, don Francisco Montes Conde, don Francisco Benito Pérez, don Manuel García Nieto, don Angel Monzón Bautista, don Bernardo Carlos Rincón Santos y don Francisco de Asís González, diocesanos.

Don Clarencio Duffi Lambe y don Mateo Jacobo O'Reilly O'Rorke, irlandeses.

Fray Manuel Rodríguez, fray Aniceto Fernández, fray Marcelino González, fray José López, fray Federico García, fray Amancio García, fray José Menéndez, fray Benito Mateos y fray Manuel Gómez, dominicos.

Don Inocencio Zabalo Juambelz, de Pamplona.



EJERCICIOS ESPIRITUALES

Los ha practicado en el Convento de Carmelitas de Alba de Tormes el presbítero D. Guillermo Monzón.

NECROLOGÍA

Después de recibir los Santos Sacramentos, ha fallecido en Zamora el M. I. Sr. D. Celestino de Diego y García Alcolea, Chantre de aquella Santa Iglesia Catedral y hermano de nuestro Excmo. Sr. Obispo.

Nos asociamos sinceramente al dolor que experimenta en estos momentos nuestro amadísimo Prelado y pedimos a todos los venerables Sacerdotes encomienden a Dios nuestro Señor el alma del finado, q. s. g. h.

BIBLIOGRAFIA

SUMMARIUM THEOLOGIAE MORALIS ad recentem Codicem Iuris Canonici accommodatum, auctore Antonio M. Arregui, S. J. Theologiae Mor. et Iuris Can. in Collegio Max. Oniensi Professore.—Editio altera juxta recentissimas declarationes Pontificiae Commissionis ad Codicem Iuris Canonici interpretandum. 1918. Ed. Elexpuru Hnos. (Bilbao).—Typographi S. Rituum Congr. Un tomo de XX-652 páginas, encuadrado en tela con planchas, 6 pesetas.

Nos complacemos en anunciar y recomendar este Sumario de «Teología Moral», cuyo mejor elogio es que la primera edición se ha agotado en menos de dos meses.

Es un sumario o compendio completo, claro y ordenado, y de suma utilidad para los sacerdotes y estudiantes de Teología Moral.

VARIACIONES DEL NUEVO CÓDIGO CANÓNICO EN LA TEOLÓGIA MORAL, por el presbítero D. Federico Santamaría Peña, Doctor en Derecho Canónico. Segunda edición.—Madrid.

La presente obra, que contiene todas las modificaciones que el nuevo Código introduce en la Teología Moral, ha merecido tan extraordinaria aceptación que en dos meses ha sido agotada la numerosa edición primera.

Los párrocos, confesores, catedráticos y alumnos de Teología Moral encontrarán en este libro, escrito en correcto castellano, las variaciones del Código Canónico.

Se vende al precio de 4 pesetas, en todas las librerías católicas y en casa del autor, calle de las Peñuelas, 20, Madrid.

EL SACERDOTE Y EL PÁRROCO, por el D. Jerónimo Seisdedos Sanz, de la Compañía de Jesús.

Obra novísima que tiene por objeto dar a conocer las excelencias de la respetable clase sacerdotal, principalmente la que se ocupa en el árduo ministerio de la cura de almas.

Para su composición el autor ha podido aprovechar parte de los materiales que tenía reunidos, como indica en el prólogo, con destino a los *ejercicios del Clero* en que se ha ocupado durante varios años.

En ella se alegan los principios teológicos de los grandes Maestros y Doctores de la sagrada ciencia Escolástica como Santo Tomás, el P. Suárez, el Cardenal Lugo y entre los más recientes Bouix, el Cardenal Vives y otros sabios autores; pero eludiendo cuanto es posible, los términos de la Escuela para la más fácil comprensión de toda la doctrina expuesta.

Y a fin de reducir a la práctica las sublimes verdades que conciernen al Sacerdocio y al estado parroquial, se citan los decretos vigentes de las Sagradas Congregaciones Romanas y de un modo especial los cánones del *novísimo Código del Derecho eclesiástico* promulgado por el Sumo Pontífice reinante Benedicto XV; no menos que las disposiciones emanadas de los más recientes Concilios de Europa y América con las interpretaciones dadas en casos difíciles por los Reverendos Prelados en los *Boletines eclesiásticos* respectivos.

Para evitar prolijidad en la exposición, notase fácilmente que el principal trabajo del autor ha sido la condensación en pocas páginas de toda la doctrina relativa al sacerdote y al párroco.

Por todo lo expuesto no dudamos en recomendar al venerable clero parroquial tan útil y precioso opúsculo.

Forma un volumen de 272 páginas de 12'5 por 19'5 centímetros, y se vende al precio de 2'50 pesetas en rústica y 3'50 encuadrado en tela, en la Editorial Barcelonesa, S. A., calle de Cortes, 596, Barcelona.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado

EN 1866 FUNDÓSE LA
ASOCIACION ESPIRITUAL DE DEVOTOS DE S. JOSE
DE ESPAÑA

para alcanzar del Señor, por intercesión de S. José, el triunfo de la Iglesia sobre sus enemigos y el alivio en sus tribulaciones del Pontífice pobre y perseguido; asociación que hoy cuenta con más de 1000 filiales

CEDIÓ AL PAPA TODO EL BENEFICIO,
497,854 pesetas

que han sido entregadas hasta hoy a los Pontífices como beneficio obtenido en las cédulas, medallas, etcétera, pero especialmente de la suscripción anual al boletín de la obra, la preciosa revista quincenal ilustrada

EL PROPAGADOR DE LA DEVOCION A SAN JOSE

bendecida por los Pontífices, indulgenciada su lectura por Prelados, y cuyo texto tan piadoso como interesante y ameno se ha conservado siempre a la mayor altura en los 52 años que lleva de vida contándose por millares el número de suscriptores (la suscripción sólo cuesta 3 pesetas cada año)

**INICIO LA CONSTRUCCION DEL MONUMENTAL
TEMPLO EXPIATORIO DE LA SAGRADA FAMILIA**

que, empezado a construir en 1882, constituye ya apenas comenzado, una obra maravillosa de piedad y arte

Más de 3.500,000 ptas.

lleva allegadas para este gran templo nacional

invertidas ya totalmente en la monumental construcción, en la que se resuelven problemas hasta hoy no solucionados. Joya cuya belleza encanta a cuantos la visitan, Cardenales, Reyes, Príncipes, sabios, turistas, etc.

:- GRATUITAMENTE DAREMOS CUANTOS DETALLES SE DESEEN :-
HEREDEROS DE LA VIUDA PLA
EDITORES Y LIBREROS PONTIFICIOS
CALLE DE FONTANELLA, 13 — BARCELONA